


62.
Threnodia siue funebribus lamentatio.
in laudem inclite matrone Hedwigis
ex Polonoz regum stirpe prognata.
Illustrissimi principis Georgij Comi-
tis palatini rheni ac Bavarie ducis. cō-
iugis sincerissime. a Jacobo Locher
Philomuso in publico fano cantata.

Stemma coronati lector studiose leonis
Conspice. bavaricum denotat istud heram.



Ad lectorem candidum
Philomusi Epistolium.

Inter blattas tineasq; nostra flebilis nenia certabat. cern-
ta iam manibus artificibus epugna vermiū. in lucem
prodit. multis appēdiculis stipata. ut securiori viā. per
fora. per plateas. ac per compita vagari possit. Vereor
tamen si ad myropolium aliquod diuerterit. confestim
vel tunicā pybear scombris. vel tegumentū pyridibus.
vel cucullū falsamentis. utcūq; fiat. dedimus libertatem
nostris versiculis abeundi. Caveant etiā diligenter. ne
criticorū censurā sentiat. obeliscosq; aristarcheos in mar-
gine appressos. notulasq; cancellatim transversas repo-
rent. Sed quid ambagibus gyrosūm flectim? sermonē.
nostra qualia cūq; fortuna hominū experta sunt. abeat
longule in pustinū. in insulas ferri crepidinas plagipati-
de nebulones. ac locutalei balatrones. qui cuncta foedo-
re conspurcant. cuncta profanant. nihilq; intactū atq;
impollutū relinquunt. Candide lector. nostrā modestiā
prius nonisti. nostram facilitatē expertus es. per lege sin-
ceros libellos. nullo viperino veneno prosperos. sine sel-
le ac amaritie conditos.

Nenia vade procul. capiet te principis aula.
Et leger efflicti in te studiosa cohors.
Quid differs gressum celerem. tibi lingua nocet?
Nulla superborum. nenia vade procul.

Clarissimo ac Illustrissimo Principi
Georgio Comiti Palatino Rheni. &
Bavarię duci glorioso. Jacobo Locher
Philomusus Alemānus Salutē vtrāq;

Socrates ille dulcissimus rethor grecus vehemēter eos
homines rayat. qui regibus atq; principib; aliquid do-
nant. aut em ipse nō donare. sed auarius vendere. q̄s qui
se negotiatores profitent. passim merce vendētes. Ego
aut Illustrissime princeps. in illoꝝ hominū auidorū nu-
mero. nec censerī. nec esse cupio. qui meā ingentia mihi
modestia fretus. non dono tue claritudinī nostras lucu-
brationes atq; nugulas eā comutatione. ut sportulā ali-
quam ero gent. quid tue Illustrissime dominationi quo-
rumdā libido placere potest. qui suas compilationes. tibi
eā quidem fronte dicant. ut peristroma aliquod. seu pur-
purā lenā siue stipes consequant. Tibi satis est. sup̄q;
satis princeps fortunatissime. si enā gratiā. tuā tutelam.
tuū demq; presentissimū fauorē mereor. Jam se re lustro
peracto in tuā Antipolensi palestrā musarū secreta inter-
pretatus sum. ac artes bonas seminavi tuo ductu. atq;
publico stipendio foras. Respexit me sepius tua clarissi-
ma humanitas. ut stipendiū pinguis haberem. furie
tamen infernales illicd suum semen letale intercenscebāt
notēs nostrā exitum faustum sortiret. dens fore bonorū
operū largitor. vindexq; malorū nonnullos in loco tene-
broso cruciabit. qui felicitatē meā. tuo nuto mihi p̄stira.
malignis prestigijs immutarūt. hucusq; tamen & in per-
petuū amabo te. qui oculū iusticie. barbāq; temperate
seueritatis magnifice gestas. Sed ut ad rem tandem re-
tam. quā dicere proposui. iam dudū Illustrissime prin-

ceps in exequijs cōiugis tue fidelissime. electus fui ab vni
uerso scholastico coetu. vt Peniam aliquā canerem. vt
defunctā matronā nobilitate perspicuā. sinceritate ama
bilem funebri contione deflerem. ego valitudinarius ro
gatusq; bonus dicendi subitū. actum celebrem peregi. infe
rias cōpleui. Putabam me satis glorie honorisq; mihi
comparasse ex facili Peniā. ingeniosa. natina. consulte
quidem aliorū nebulas. gettasq; syracusijs vaniores. vi
tani. scio esse perspectissimū apud veteres. atq; protritum
77 dogma: quod in dolore non prolixū gemitū requirit. in
77 gemitu festinā consolationē. non emulari soleo quorum
dam miscellam ac cōfusaneā doctrinā. qui vt multa fo
lia pingant. vbiq; compilant. et comū aesopium alienis
plumulis vestiūt. breuem tibi mitto laudū honestissime
tue coniugis nuper ad sedes celicas delate. fascem. non
em mihi licuit annales conficere. aut historiā perpetuā
conscribere. qui funebrem arengā pollicitū sum tue dexte
innitissime consecrare. nec etiā epithalamion immiscui
nostre breuitati. nec extranea gates euacuauit scedas. quic
quid id est quod ad terram transit. meū est. mea partū facilita
te. mea ascia leuigatum. Te itaq; ad horoz duos glorio
sissime. vt nō sinas te moueri garrula verba. nec aurem
prebeas vanis querimonijs. tuā nos gratiā speramus.
tuā semper amabimus integritatē. fac queso. vt quidaz
gloriosi. suarū noctū atq; laborū. suiq; cordolij meritū
nummū cōsequant. Suscipe libellū pacatā fronte. et in
dulgentiam presentariā garrulitati nostre impende.
Ex Ingolstadio decimo tertio Kalendas Julij.

Eiusdem ad principem Epigrāma.

Accipe calliopes fletum clarissime princeps.
Et mesto selegos pectore conde tuo.
Nec mea simplicitas dictandi forte placebit
Lectori domino. magnificisq; viris.
Te duce. liuiduli non bilem sentiet atram
Dic liber. at fausto prodiet auspicio.

Apologicon philomasi carmen
in pyrgopolynicem et polyhystora.

Quom nuper coniunx ducis ab veneranda Georgi
Soluisse mortis debita iura tenis
Inferiasq; pijs cupere celebrare palestra
Ingolstarensis principis ob meritum.
Nestudiosa cohors oneri presecerat isti.
Vt canerem tristes ad statura busta modos.
Inuitis subij. valido nec corpore promptus
Oblatam sancti numeris obsequium.
Ne licet exhaustum. rament indulgentia clari
Principis assuetum mouit ad eloquium.
Magnanimo quis verba dicit lachrymosa negabit.
Quis rennet fletus. mestiferamq; tubam.
En ego finito nostris pro viribus actu
Emerui plausum. nec sine laude bonum.
Displicuit vano nebuloni cantio nostra.
Quam fauor ingenus. quāq; probauit honos.
Disruptus fibras et marcida crura. superbas
Exerit cristas. indomitumq; caput.

Intenditq; mihi, parchos auferre reuymphos
Pierides uari quos tribuere suo.
Non hic lectus erat, qui tristis carmine raptam
Deflexeret dominam, thurceremq; rogam.
Nec prudenter agit, lacuatos somniat hostes
Qui sibi, vel causas querit at obloqui
Si premeret fastum, si pectora turgida miles
Indomitus, famam posset habere bonam.
Coyofeti pharetras, & pecunia tela minatur
Quia niobes pueros cominus exanimet
Herculeam clauam reperit, pellemq; leonis
Ut portenta truci vulnere conficiat
Tritones, vitulosq; maris, seuq; tridentem
Neptuni tumidus in nice fata rapit.
Nunc nihil obstabit superis protectus, olympum
Si spectas, feriet vertice purpureo.
Quemofines gnatus, totus quod continet orbis
In speculo tanq; commemorare solet.
Quis vates tantum non claris tollit olorem
Laudibus, immiscet sydereisq; choris.
Si foret in celo, posset cyllenius esse
Cinthius aut cythara, carminibusue linus,
Si foret in barathro, posset thadamanthus haberi.
In rebus quid erit, inuidiosus homo,
Qui frangit chalibem, qui saeva castra lacessit
Iupiter ad cuius grandia verba stupet.
Nec sistit stupios, hic robor dura recusat
Voce sua, rabidas temperat atq; feras.
Montibus ex altis rigidas sermonibus oinos,
Ducere, vel syluas ad sua vota potest.

Filius hic decime muse, quam nescit apollo
Que sibi dat calamos, miraq; plectra lyre.
Omnia solus habet, solus scit cuncta referre
Que doctis pluteis secula prisca tenent.
Jam sileat, lateatq; nigro conclusus in antro
Nycticorax, nullo sydere dignus erit.

Wolfgangi Kärgl ad Philomusum
preceptorem suum Epigramma.

Tu tibi cyrtheas facili dictamine musas
Pimpleasq; sacras ad tua vota trabis.
Pangis castalis dulcissima carmina gesta
Quo decus ad crescit o philomuse tuum.
En studiosa cohors tibi multum adplaudere debet.
Lusibus annexis, cum tua scripta legit.
Tu laudem celebrem, premia digna mereris
Te vatem nitidum postera fama colet.

Eiusdem Tetrastichon

Desine liuor edax sine certam rumpere vatem.
Obloquijs vanis, inuidiaq; graui.
Desine 7 ingenium liuenti rodere morsu.
Quod scuto valido diuam inuena tegit.

Fanebris Venia a Philomuso
in publicis exequijs acta.

Quis dabit capiti meo aquam
Quis oculis meis fontem lachrymarum
Ut nocte fleam. ut luce fleam
Sic ruitur viduus solet
Sic cygnus moriens solet
Sic luscina conqueri
Veni misera vita
Veni subita vita
O dolor dolor
O presens acerbitas

Postulavit mestissimas hodiernae lucis apparatus. patres amplissimi. doctores eruditissimi. magistri ac sacerdotes venerandi. nobiles insignes. cives providentissimi. ut in exequiali pietissimarum inferiarum pactione. plangibili atque tristissimo verborum praefamine. pullatum confessum alloqueret. fletum debitum concitarem. mestos quoque. et darrissimo casu defuncte principis adfectos. perturbatosque salubri consolatione erigeret. Esti plusculi sunt in classibus literariorum centuriati. qui vegetibus nervis. dedolata verborum syntaxi. dulcissima fandi suadella. loquio pericleo. ac sententiarum gravitate ponderosissima secundissimaeque praediti. generosam ac illustrissimam heroidem nostram lugere. plangere. laudare possunt. Est ramentum mihi haud ab re. et absentia inconsulta dicendi provincia. omnibusque viribus et ingenio nostico impar creditum. quod in frequenti patrum corona. et sub arcuato phani celebris tholo. pro nostra paritate exequi molimur. lugenda est mors insperata ac

etudelissima. que castum. probum. dotatumque coniugium dissolvit. que sancti thalamus foedus ferruminatum contemnit. que invidiosam inimis salutem patrie. spem vobis fortune. cum tantumque matronarum archerypon. ac fulgens speculum e medio sustulit. terrisque denegavit. lugenda est regis potentissimi filia. principis fortunatissimi coniunx. fidissima generis seminae proles. honestissima matronarum suarum nutrix que lacte suo defecatissimo virginem vestalem potavit. et comitis palatini themi filium illustrissimum dotali nequiti foederet horali. amicitia uxoriali ad germen fecundissimum provocavit. lugenda est bavariae specimen. ducatus populosissimi spes ac matronale decus. deflenda crebris singultibus. et magnis ciulibus Medugis in cunctissima mulier gemma virtutum transiucida. coruscans inter christianas reginas saphyrus. laudanda insuper foret. si liceret historiae perpetua contemere. in lite femine vita. que sine viriis. sine turpi macula. sine ignominia aduersos fortunae tactus facile superavit. Comendanda pro sapia. que alta. sublimis. vetustissima fuit. a Sarmatis et Polonis. Multorum regum stemmate. serieque longissima semper progata. Extollenda est educatio non in segmentatis cunabulis fata. non luscibus amilibus infecta. non tepidis plumulis emollita. non opiparis dapibus. non poculis spumantibus. non chorae lascivieribus enervata. productaque sed lanificio stamineque exercitata. religioe instructa. literis informata. moribus castis munita. sancta pudicitia prorecta extitit. referenda in stirite vite maritalis ac thoralis devotio. que nullis laudibus satis laudari. nulla iniuria deprimi potest. Undicandi sunt et tenebris oblimonum nomen et gloria nostrae defuncte heroidis. que posteritatis memoriam indelebilem merent. que omnia cum grandia sunt.

medio citateq; nostrā excedant. suāq; claritudine com-
mentarios pinguisimos requirant. Cursum ac p̄sumero
tie dicam. ⁊ ad tempus circūstantiā obiter attingā ad
necessitatē actus p̄nētia. que v̄ro sup̄vacante v̄sa s̄ue-
runt. garulitati quom̄dā relinquo. quibus cordi est. ex-
tra vagāribus ⁊ ignobilibus scedis. vt charta depingat
fiatq; chrysippens aceruus. latinus trāssilire. temeritatis
insup̄ nostre vocū cū marone p̄oetarū p̄ncipe exoluā.
Si mihi sint centū lingue. sint oraq; centū ferrea vox.
nequeā tantē proferre ducisselands emeritas. simul virt-
tatis honores. ⁊ castemētis loculos. moresq; pudicos.
Cum ḡit̄ patres excellētissimi. tam ingens materia cō-
cinniter eliquanda sit. tam fertilis silua refecanda. tam
spaciosum pelagus in nauigandū. dabit̄s veniā facile
repeido vati. ⁊ rudiusculo rethor̄i fronte discaperatā in-
dulgebitis. Si quid p̄peram rudiuscule barbareq; dixero
erit. nec in animo nostro est. vt sepe p̄stari sumus histo-
riā repere. aut animalū formā confingere. aut aures con-
tra temporis morā vellicare. hoc s̄avit aliquis
philantus ⁊ andaculus. q̄ni periculis suadām. demosthe-
lis vocalitatē. lisyē dulcedinem. fulmen p̄sistrati. iset-
fluorem. gracchor̄. tonarion. horrensi gestum. M. T.
cicronis buccas loquēdi infractas se habere p̄sumit.
Sed quid tantū dē moroz̄ laudare defunctā p̄ncipem.
regiā matronā. p̄imatē feminam. cor̄ p̄rouincie nostre.
spem banarice sobolis ⁊ foeture. morant̄ me lachryme.
tristis gestus fletuum affectus cōtrarios ḡignit. dico ta-
men quod sentio. ⁊ quod honestoz̄ hominū cōfessus ad-
probare nō fugiet. Fortuna est Casymiri sauro matum
ac polonoz̄ regis filia. matre regina nobilissima creta.
fundelachrymas polonia. tu regibus christianis subie-

ta potentissimis. tartaroz̄ ac scytharū iniurias nō for-
midas. insuluis cōpescis. sectas pestiferas iuxta te gras-
santes. ⁊ fidei orthodoxe cōtrarias. armatis manib; dis-
soluis. Thurcoz̄ rabiem indomabili scepro conteris.
magnāq; rebus gestis gloriam comparas felicissimū te
Casmyre appello. qui germanicis principibus dotatis
filias iniuxisti. qui ex filiabus tuis germen fecundissimū
thentonicis terris donasti. Sires gestas regū polonie
in p̄senti cocti effari p̄sumerem p̄annus plane form. cū
tantus sit rerū cumulus. vt mille versiculis. in gēt̄q; pa-
ginā describi nō possit. Fortuna est Meduigis honestissi-
ma femina. vitruosissima matrona. virago spectabilis
ab alto polonoz̄ sanguine prognata. ⁊ ad auid nobilissi-
mo p̄sa gentis fundatore p̄ducta. ramo fecundissimo
nobilitatis. ⁊ stemmatū fumosis imaginibus p̄sarmas-
tiam late longeq; per banariā passim quoq; illustrata.
Duxit hec nobilissima regina ab patrijs laribus. ab aui-
la virginali. a gyncerio castitatis. ad suū maritū illustri-
simū. dotes ⁊ virtutes non satis laudatas. nec laudibus
humanis cōpares. Fortuna est integerrima ducissa. ve-
staliū saneritari cōparada. quā nec claudia innocēt̄i dex-
tra superat. nec creula amore cōiugali adequat. nec pene-
lope viduitatis patiēt̄ia vicerit. nec caritate hypsyr̄bile.
nec castitate lucretia. nec morū granitate volumina. nec
instituris domesticis cornelia. nec pietate in egenos pau-
la scriptadū soboles. nec illa nostrā caritatissimā Medui-
gim deuotione. ac sacrificioz̄ oblatione vnq; superat cū
ctis matronarū cētus. D felicē banariā q̄ inter p̄maces
feminas ac ducū tuoz̄ cōiuges. hāc honestissimā gene-
rosissimāq; cōputare potes. effunde lachrymas banaria
obserua fletib; modū. accipe cōsolationē doloris accepti.

Cessat et princeps dolere, cum sit necessitatis legem adimplere.
re. fata complere, stamen scindere et tandem mori. o felici-
cem poloniam, et si lachrymis confusam, atque tristissimam
pullam deformem, felicem tamen predico, que in nobilissimo
boiorum principum catalogo, in monumentis deauratis, in
vomis ductu bauaricorum balsamo perfusa, in nostri herois
ac illustrissimi ducis Georgii semper inuictissimi fronde-
sis stemmatibus tua filia Casymiri potentissimi regis
prolem laudem multa dignam cernere potes. Quid denique
moror, quid longa te habeo suspicia, cur non mortuam lamem
tor, quam tota prouincia cruciabili gestu desiderat, quam
abisse deflet, quam magnis fletibus ablatam prosequitur. Cur
non consolationes doleribus dicabo, fletibus quoque solas-
tia presto, lachrymoso igitur ac lugubri cantu feminam no-
bilissimam, castissimam, indulgentissimamque matronam plora-
bo, plorantesque consolabor, vos patres amplissimi, non ad-
miramini nostros mores dicendi, lubet sic facere, nentiam
fata tristitia requirit, et mesta threnodia
luctus experit.

Lamentatio.

Proh dolor ab quid me plactus compellis, acerbos
Tam differre diu, luctiferisque melos.
Quid non das oculis lachrymas, largumque madorem
Ut deflere queam tristitia fata palam.
Porcite mi versus lugubres, porcite mestum
Carmen pierides condito phoebelyram
Nil facit ad lachrymas cythare modulatio dulcis.
Barbitos hand cordi est, multicepanisque chelis.
Ad sunt torrentes fletus, lamentaque lesi
Pectoris, et lachrymam mobile guttur hiet.

Tristia fata cano, iustas et fundo querelas
Contra parcarum stamina fluxa nimis.

Consolatio

Quid tu sollicitos vasto clamore dolores,
Cur luctus subitos mi philomuse cices,
Cur petis et lachrymas oculis effundier atris
Cur et topoferi tristia plectra petis.
Quid nunc ad fletus, ad mestos tota boatis,
Agmina pieridum luctifer usque vocas,
Oneribi pestis atrox, que lamentatio rerum
Obtigit, ut tanto murmure labra premas,
Cur cunctos iam flere iubes, querimonia presens
Forte aliquid durum commemorare solet,
Funde precor voces, quis possit discier istud
Vulnus, quod mestis fletibus exacuis,
Omnes cunctamur causas audire querelas,
Suspendis lento pectora nostra gradu,
Dic modo, nam tecum cupimus deflere minaces
Fortune cursus, pestiferamque rotam.

Lamentatio

Excipe singultus, oculorum cerne papillas,
Quo gestu possum verba sonora loqui,
Impedit ecce dolor, titubantia labra vacillant
Sibilat os mutum, fringunturque gene,
Impedit ecce dolor, dicam tamen obice fracto,
Umbratum petijt magna ducissa locum,
Magna ducissa abiit, claro regina polonum
Sanguine creta quidem, magna ducissa abiit,
Lumina mors clausit, dissoluit foedera casti
Impolluta thori, contingitque decus.

Non scio grandi, flavo nec corpore lassa.
Non effeta bonis partibus, haud sterilis,
Concessit morti carnem, corpusq; pudicum
Veribus, ast anime grata datur requies.

Consolatio

In cassum quaeritis, frustra turbatis acerbo
Carmine, mors propriū exercuit imperium.
Mortales cunctos expectat mortis amarus
Eritus, et fato cuncta creata ruunt.
Hanc legem posuit stellati rector olympi,
Lucta rapit senium, namq; morte cadunt.
Nemo potest cursum lethi vitare, statamq;
Iudicij trutinā, satisfecumq; diem.
Noli iam tumidos permixtis fletibus orsus
Promere, lachrymulas atq; mouere grates.
Naturę legem damnas et turpiter audes
Accusare colam lachesis indomitum.

Lamentatio

Ah doleo, quisq; nec carmina mesta vetabit.
Ah doleo, dominam mors rabiosa tulit.
Mors rabiosa tulit mulierem nomine magno
Et titulis claram, dexterae are gratem.
Regali de styripe satam, pietate decoram
Morbis insignem, nobilitate bonam.
Cuius de gremio fluxisset filius ingens,
Bauara qui posset scepra tenere manu
Qui posset patrias gentes, larumq; ducatum
Ducere sub signo, militiq; sticho.
Mors rabiosa tulit nunc pignora chara Georgi
Principis unicti proh dolor atq; pudor.

Consolatio

Pelle precor vano s lucretus, planctusq; seueros
In iuste quereris, immoderata canis.
Nosticq; cuncti mortales solvere carnem
Debent, et mortis hanc penetrare viam.
Impugnās legem naturę, crimina proferas
Aduersum pareas, letifera scq; deas.
Mors pulsat regum turres, procerumq; valentū
Venia, dirumpit pauperis atq; casam
Quid lamentaris, quid turgida fletibus ora
Conficis, et fletu squalida labra rigas.
Accidit haud vni, quod nobis omnibus instat.
Omnibus hec restat mortis imago feroy.
Esti magnanimo genuisset pignora patri.
Et naros claros, deliciasq; thori.
Imperium lethi tamen expectasset eosdem
Heredes, atropos et rapuisset atroy.
Meduigis cecidit quid m. cecidere latens.
Ideoq; mirris, semineq; decus.
Ad manes abiit priami cassandra, thetisq;
Neacidis comum, cyndaridūq; parens.
Cisseis pariter, mineiq; polyxena mannis.
Soluerunt carnis noxia castra sue
Non sceptrum, non arca feray, nec regna, nec arca:
Possunt fatales exuperare vias
Ergo tuos fletus iam tam compece, bonumq;
Accipe solamen, omnia mortis erunt.

Lamentatio

Cantibus ergo tuis persuasus, condo dolores
Pectoris, et magnū finio cordolium.
Sic omnes morimur, sic solui morte necesse est.
Transgredier mortis stamina nemo potest.

Forte deus voluit celesti munere dignam
Afficere heduigem, sydereoque throno
Pulchro nus in terris prodest, post fata quietem
Consequimur stabilem, perpetuamque in bar.
Vivite mortales christo, procedite recto
Tramite, ne pluto nos rapiat tumidus.
Nostra ducissa facta vivit moderamine, spemque
In christum posuit, celicolasque patres.
Quare regna colit celi, dapibusque supremis,
Leta quidem fruitur, vivite queso deo.

Functus sum, ut ego quidem existimo, boni deplorato-
ris officio, doctores ac patres amplissimi, qui in mediū
protuli veritatis candido more, quod partim tristissimā
ma nostrę defunctę principis fata requirebant, partim
amicorum consolatio, que in tantis gemitibus presentia
efficacissimaque adhiberi debet. Nec miramini queso, cur
brevis dixerim, multosque rerum am fractus vitaverim,
nam id artis esse constat, et consultissimum est apud rheto-
res, quorum vestigia libens sequor, et cum humanus ani-
mus non omnia complecti possit, dabitur veniam et mee
exilitati, quam non ingratis fore arbitror equis lectoribus.

Dij bene voltant.

Finis Menie

24518h
41

Threnodia sine funebribus lamentatio,
in laudem inclite matrone Hedwigis
ex Polonorum regum stirpe prognatae,
Illusterrimi principis Georgij Comi-
tis palatini rheni ac Bavariae ducis, con-
iugis sincerissime, a Jacobo Locher
Philomuso in publico sacro cantata.

Stemma coronati lector studiose leonis
Conspice, bavariam denotat istud heram.

